

IN ANTIDOT. MESVAE

74

pyrethrum: pro quo animaduertēdūm quōd hoc quod colligatur in Italia, quo pro pyrethro vtuntur aromatarii, nō est pyrethrum. Lege de eo in philonio perfico. Et de Aniso, vide in trochiscis de aniso. Paratur & hoc à modernis, in forma solida. Arnaldus vero de Villa noua in suo antidotario, habet hanc descriptionē in paucis variatā. Species autem huius confectionis non sunt subtiliter puluerizandæ, sed sicut species Diacymini, & limilium ventositatē expellentium, &c.

Dianbra, &c.

XXII.

**A**b ipsa Ambra tanquam ab excellentiori medicina, prætens confectio Dianbra dicitur. Recens tamen, Dia Ambra: & similiter Dia Anisum, esset scribendum & pronuntiandum, sed euphonizæ, id est bonæ sonoritatis gratia, exigitur vnum 2, à medio, vt in multis aliis confamiliter latum paucim legitur. Communiter paratur hæc cōfectio, sed in forma solida, &c. Aduerte quod vbi legitur, in præsenti descriptione, per impressos libros: Confice cum syrupo rosato, & aqua rotata. legendum est rectius: Confice cum syrupo ex aqua roscata. Quamobrem lege suprà, in Diarhoden descriptione communi. Item in fine præsentis descriptionis per ipsos impressos libros legitur: Dosis eius est 3. iij. vel iiiij. Cassetur illud vel iiiij. & legatur simpliciter: Dosis eius est 3. iij. vt est in cunctis exemplaribus, & in vulgari æditione. Filius quidem Serapionis in septimo habet duo electuaria de ambra, diueria tamen ab ista compositione. Sed Auicenna in quinto can. tractat ut tertio, primæ summae, habet Electuarium Alkein, dictum electuarium ambre.

De Ambra.

**A**mber quidem ab antiquioribus, & præcipue Græcis, non describitur. Apud Arabes autem & apud recentiores quodam tantum, ipsam legimus: sed non possumus de ea certam habere notitiam: tum, quia in partibus nostris non colligitur: tum etiam, quia Authores non satis clare de ipsa pertractant: sed putant omnes, sic esse, vel sic tuuisse, & auditæ narrant. Omnibus autem ipsorum dicti bene discutisis, potius Serapioni quam exteris credimus, scilicet quod (vt ipse refert) nascatur in fundo maris tanquam fungus in terra: & non quod sit sperma cocti, vel alia res, vt plurimi tabulantur. ipsam etenim sapissime præmabus habemus, quid autem propriè sit, ne dicimus. Virtutes tamen